

DISSERTATIO ACADEMICA,
OB ADIÆ VATICINIUM SUETHICE
VERSUM NOTISQUE EXPLICATUM
SISTENS,

CUJUS PARTEM IIIAM,
CONSENSU AMPLISS. FAC. PHILOS. IN ACAD. ABOËNS.

PRÆSIDE
JOH. HENR. FATTENBORG,
Litterat. Orient. Profesf. Ord.

PRO GRADU PHILOSOPHICO,
PUBLICÈ VENTILANDAM PROPONIT
CAROLUS FREDERICUS RELANDER,
Stipendiar. Publ. Wiburgensis.

In Auditorio Theol. die XXI Junii MDCCCXIX,
h. p. m. s.

ABOË, TYPIS FRENCKELLIANIS.

MILWAUKEE, WISCONSIN

QUADRI-FALCIFORMIS

LABORIUM RESEARCH

1918

LABORATORY

CONDUCTED BY DR. J. H. ...

REPORT

JOHN HENRY PATTERSON

Author of ...

PROCEEDINGS

OF THE ...

CAROLUS FREDERICUS ...

...

...

...

...

...

...

rant Esauui nepotes, illorumque terram, quotiescunque occasio data fuit, incursionibus bellisque infestare & vastare nunquam non intermiserant (quod cuiuscunque patebit; qui Veteris Cod. loca, a Celeb. ROSENMÜLLERO in *Scholl. ad Hof. Cap. I. unum* diligenter collecta perlustrare velit); quare etiam plures Judæorum Prophetæ, v. c. *Jesaias Capp. XXI, XXXIV, Jeremias Cap. XLIX & in Thren. Cap. IV, Zeechiel Capp. XXV & XXXV & Amos. C. I* (quibuscum conferri potest *Pf. CXXXVII*), iram impietatemque in fratres, insolentiam, hostilemque atrociam Idumæis graviter exprobant, mala quævis ac crudelissimum excidium illis denunciaverant; ignosci quodammodo Obadiæ nostro potest, si amore in patriam ductus, cum contra illos, qui hereditarium ac perpetuum odium in populares illius exercuerant, vaticinaretur, in gravissimo omnium quæ commiserant malefactorum scelere longius immoretur, illiusque diversa momenta tilius persequendo patientiam frigidi lectoris fatiget.

אבד, quod vocabulum tum activo, tum passivo usurpatur sensu, passively h. l. esse intelligendum, omnes recte adnotarunt Interpretes. Quæri autem potest, imprimis cum vocabula אבד & אבדו in singulari posita sint, an non Obadias Esauui quoque in fratrem iram illumque occidendi cupiditatem tangere voluerit? At primum nos non fugit, nomina singularia in Hebraismo quam sæpissime sensu colectivo usurpari; quo fit ut, quod fratris & Jacobi nominibus singulariter enunciatur, de consanguineis & Jacobi posteris intelligi possit; ac deinde, si pulvis e lentibus rufis cocti, qua jur. primogenituræ fratrem emunxit callidus Jacob, meminisse, ut certe meminuit, putandus sit Obadias, tam prudens etiam æstimandus est, ut, sagittas in Idumæos dum effunderet acutissimas, ne hanc quidem oblique & innocue in Esauum emitteret.

v. 11. Då du emot honom uppflod, då främlingar hans här i fångenskap bortförde och utlämningar genom hans portar inträngde och lojt kastade öfver Jerusalem, var och du såsom en af dem,

v. 12.

אחיק cum pondere dictum esse recte adnotavit DRUSIUS (Cfr. Scholl, *citt.* ROSENMÜLL.); nam & violentia vitii genus atrocissimum est, & major fit, quoties in fratrem exerceatur. At cum idem Vir laudatus dicit: "vis etiam est in nomine Jacobi, nam Jacob & Elau fratres erant gemini, quod plus est, quam si tantum germani aut uterini fuissent", ab illis, qui hæc legant, jure quærere licet, *visum teneatis amici?*

לעולם ad vivum h. l. refecandam non est, quoniam ex historia discimus, Idumæos Maccabæorum temporibus acriter cum Judæis belligerasse. Chr. I. *Maccab.* V: 3, L. II: C. X: 15, *Joseph. Archæol.* XII: 8. Poëtica hyperbole, orientalibus frequentissima, extra sedati animi modum raptus heic utitur Vates; atque satis mirari non possumus, talem virum, qualis SCHNURRERUS fuit, judicasse, formulam נכרה לעולם nonnihil temperandam atque ad hunc fere sensum reducendam esse: "tardius ad vires redituros pristinaque, qualis ante Babylonicam expugnationem fuit dignitatem & potentiam vix unquam recuperaturos esse Idumæos". Confr. ROSENMÜLL. *Scholl, citt.*

11) מננה *ex adverso*, scil. fratris tui; repetendum enim est e superioribus vocabulum אחיק.

חיל utrum *bona opasve*, an *exercitum* heic significet, dictu est difficillimum; quoniam non solum חיל de utro-

v. 12. Du skall ej med fägnad skåda din broders olycks dag, ej den dag, då han straffad varder: du skall ej glädja dig öfver Juda barn på deras undergångs dag, ej med ord dig förhäfva på deras eländes dag, 12)

v. 13.

que dicitur, verum etiam שבר, quod quidem sæpissime captivum abducendi vim habet, nonnunquam simpliciter abigere & auferre v. c. pecora aliaque bona valet. Cfr. I. Chron. V: 5, 21. II. Chron. XXI: 17. Quum autem mox dicatur, peregrinos sortem de Hierosolymis jecisse, commode hoc de opibus bonisque civium Hierosolymitanorum dici posse putavimus, igiturque חיל, quo varietas stili orationi accedat, exercitum explicavimus. Optime Latin. *robur* vim nominis Hebraici exprimit, quippe *firmitatis* notione ambo gaudent, atque ad robora civitatis, tum fortium virorum, tum aharum rerum, quibus publica servatur salus, copię referri possunt.

12) ראה, cum ב constructum, significare *rem cum sensu* aut *voluptatis*, aut *doloris considerare*, notissimum est (cfr. Job. III: 9, XX: 17, Genes. XXI: 16, Num. XI: 15), quemadmodum etiam a nemine negatur, priorem significationem, contextu id flagitante, heic esse adhibendam. An autem ראה & חיל hoc versu, & omnia verba, quæ vers. 13 & 14 in forma futuri posita leguntur, in futuro tempore quoque explicanda sint, aut ita, ut non *actum* ipsum, sed *debitum* significant, de eo ambigunt Interpretes. Posteriolem rationem urget ROSENMÜLLERUS l. c. reddens ראה, *non debebas* (debuisses?) *spectare*, scil. diem exiti fratris tui. At magis ad vaticinii vim rationemque compositus, ut nobis quidem videtur, existit sensus, & ar-

eius confringitur totius orationis series, si prior admit-
 tatur interpretatio. Est enim sensus a verſu 10;mo ad
 16;imum hoc modo instituendus & conjungendus: "futu-
 rum est, ut funditus evertaris, Edom, ac delearis; quoniam
 quo tempore barbari hostes Hierosolymam expugnarent &
 diriperent, tu quoque, qui frater Judæ eras, & frater-
 num animum, benignitatem auxiliumque ei præstare debu-
 isses, hostibus simillimus eras & omnium illorum scele-
 rum particeps: Judæ infortunio pavisti oculos tuos (ארה),
 lætatus es (חשמת) de casu illius, magna locutus es
 (הגדל פיד) die ærumnæ illius, hostiliter ingresus est
 (חברא) portas illius, impias manus immisisti (חשלח) in
 bona ejus, in compitiis ad fugitivos trucidandos stetit
 (חעמר), & superstites hostibus tradidisti (חטגל); verum
 hæc aliquando & in sempiternum tempus finem habebunt;
 nunquam enim posthac eveniet, ut oculos tuos pasturus —
 ut lætaturus — gloriaturus — ingresurus — manus im-
 misurus — trucidaturus — traditurus sis —. Nam appropin-
 quat horrendus dies, quo Jehova te & omnes gentes
 pœna sceleribus digna affecturus pessimumque tuum faci-
 nus in caput tuum retorturus est". Duas res, quas signi-
 ficare voluit propheta, formæ futuri heic usurpatæ sub-
 esse putamus, alteram futuri excidii denunciationem,
 alteram delictorum ab Idumæis commissorum enumerationem.
 Quoniam autem, quam priori loco posuimus res,
 caput vaticinii est, verba etiam, imprimis cum gramma-
 tica ratio id permittat, ita explicari debent, ut summa
 oraculi semper conspiciatur; quæ tamen in Rosenmülle-
 riana interpretatione frustra quæritur, quamquam illa
 omnium animis oculisque facillime comprehendi potest,
 si Prophetam isto consilio Idumæorum recensuisse peccata
 putemus, quo simul omnibus significet, illos mox tali
 tantaque iri vastatum destructione, ut in posterum vel si

v. 13. *Du skall ej genom mitt folks portar indraga på des's färd's dag: också du skall ej med fägnad skåda des's smärta*

D

på

cupiant, talia tamen facinora perp trare nequeant. Clariora forsitan hæc omnia in versione exposita fuissent, si vocular Suecas, *men* & *mera*, initio verlus hoc modo inseruerimus: *du skall ej mera med fägnad skåda cet.* At explicationis causa talia, quæ in iplo archetypo Hebræo non existant, addere noluimus; nam illa notis subjectis reservavimus.

כָּרָו בְּיוֹם נִכְרָו interpretati sunt LXX ἐν ἡμέραις ἀλλοτρίων, h. e. *die quo peregrini*, scil. intrarunt Hierosolymam, כָּרָו idem ac כָּרָו & כָּרָו significare putantes. Quam explicationem quum probarent e recentioribus quidam, nomen nostrum ex iisdem nominibus Hebraicis, verbis Arabico *نَكَرَ* repudiavit, in V:ta alienatus fuit, & Syriaco

נִכְרָו *elongavit, alienavit*, in auxilium vocatis, derivarunt, ac totam dictionem reddiderunt: *in die alienationis suæ*, (aut *perigrinationis ejus*, ut est in VULGATO), i. e. die, quo in exsilium Babyl. deportaretur Juda. Sed palmam his omnibus præripit Ill. MICHAËLIS (in *Suppl. ad. Lexx. Hebr.* p. 1642) sententia, qua כָּרָו τοῖς heic & כָּרָו *Job. XXI: 3* *infortunii & poenæ atrocioris* notionem adjudicat, ab Arab. *نَكَرَ*, i. *نَكَرَ*, quæ in Corano idem significant. Cui argumento id addere licet, parallelismum vocabulorum membrorumque eandem rem vehementer confirmare. Sive enim יָרָם (quod sæpius, licet nulla alia cum voce, *infortunium*, aut tale quid significan-

på desfs ofärds dag, ej dina händer till desfs egendom
sträcka på desfs ofärds dag. 13)

v. 14.

te, conjunctum sit, idem tamen, atque *diem fatalem, exitialem* valet) ante אַחִיךָ respicias, sive sequens בְּיוֹם אָבִירָם τῶν נַכְרֵי בְּיוֹם נַכְרֵי respondere putes, haud contempendam rationem, qua *poenæ, aut infortunii* vis stabilitur, habebis; quod idem autumatus quoque est CHALD., qui בְּיוֹם הַבִּירְיָה, i. e. *diem confectionis*, verba hebraica exponit.

הַגְּדִיל אֶת פִּי, pr. *magnam facere os suum*, idem esse ac *magna loqui, verbis insolescere*, nemini ignotum est. Quoniam autem superbia, vel insolentia læpius cum contumelia conjuncta reperitur, verba הַגְּדִיל אֶת פִּי, imprimis si על personæ, quod haud raro hanc sequitur dictionem (cfr. Pf. XXXV: 26, Job. XIX 5), subintelligatur, Sueti- ce converti possunt: *du shall ej gäcka — ej smäda dem*; quod etiam ROSENMÜLL. l. l. probare videtur. Sed verba textus in vertendo presse secuti sumus, quo non solum sensum, verum etiam vocabula auctoris redderemus.

13) תְּרַחֵם לָךְ לִי לִי LXX, secum trahentes ARABEM, interpretati sunt: *μηδὲ ἐπίσης τὴν συναγωγὴν αὐτῶν*, inconsideratius & nemine probante בעֲדָתוֹ pro ברֵעָתוֹ legentes,

שַׁעַר עַמִּי cel. Jo. AUG. DATHIUS (in *prophett. minorr. vers.*) reddidit *urbes populi mei*, ad id forsitan inductus auctoritate τῶν LXX, qui suffragante ARAB. habent: *εἰς πόλιν λαῶν*, l. ut est in Codice Alexandr. *λαῶν σε* Sed quoniam Hierosolymorum urbs una cum שַׁעַרֵי vers. XI:mo expresse nominatur, illa quoque ut caput reipublicæ, quo major orationi concilietur vis, hoc loco intelligenda est.

v. 14. Du skall icke stå i vägskillnaden för att förgöra desz flyk-

D 2

tin.

וְלֹא תִּשְׁטַח עֲלֵי חַיִּשְׁמָם pro 2:da pers. sing. masc. omnes recte habuerunt Veteres, quamquam diversas ingressi sunt explicandi vias. Subintellexisse videtur SYRUS nomen quoddam *pavoris* vim habens; totam enim dictionem וְלֹא תִּשְׁטַח עֲלֵי חַיִּשְׁמָם interpretatur, וְלֹא תִּשְׁטַח עֲלֵי חַיִּשְׁמָם, i. e. *neque terrorem incutias exercitui*; a quo discedunt paululum ARAB. eadem verba vertens: وְلَا تَسْتَحِيحُ عَلَيْهِمْ, h. e. *neque obsidebis exercitum eorum*, longius autem VULG. habens: *adversum exercitum ejus non emitteris*, i. e. te emittendum non dabis. Propius quidem ad veritatem accessisse æstimarunt Interpretes τὰς LXX, dictum versiculum convertentes: μὴ συνεπιθῆῃ ἐπὶ τὴν δύναμιν αὐτῶν; sed, nisi omnia nos fallunt, in his quoque verbis aliquid ambigui inest. Nam licet de verbi συνεπιθῆσθαι cum ἐπὶ constructi significatione haud multum dubitari possit, quod, ut επιθῆσθαι, cum eadem particula conjunctum, exemplis e LXX & DIODOR. SICUL. depromptis, *invadendi* l. *adoriendi* vim habere probavit JO. CHRISTI. BIEL, in *nov. Thesaur. philol. Hag. Com. MDCCLXXIX. P. I. pag. 69, P. III. pag. 375 — 76*; attamen hoc loco non adeo certa est τῆς δυνάμεως significatio, ac illam reputavit ROSENMÜLLERUS, in *Scholl. ad. h. l.* Licet enim LXX δυνάμεως voce Hebr. חַיִּים *Ezech. XXVII: 27*, & ipsum heic occurrens חַיִּים, *Prov. XXXI: 29*, ubi sine ulla controversia vi *divitiarum* pollet, reddiderint; tamen æque certum est, tum illos, tum purioris græcitatatis auctores eidem vocabulo, quoties de rebus ad bellicas artes pertinentibus usurpatur, *exercitus*, aut *copiarum militarium* vim attribuisse; quare etiam Cel. BIEL (in *Thesaur. P. III. p. 375*) δύναντιν hoc loco, ut SYR. ARAB. & VULG.

tingar, ej åt fienden öfverlemna desz quarblesne på desz
eländes dag. 14)

v. 15

exercitum explicavit. Quæcunque autem sit τῶν ὄ vera
mens, id tamen satis certum habemus, voculam יר post
חשלתה per ellipsin omisam esse; atque cum יר
pr. *manum extendit*, quam sæpissime *capienti* vim obti-
neat, vix dubium esse potest, quin nomen חיל h. l. de
opibus ac facultatibus intelligendum sit; qua in re nobis-
cum facit CHALD. postremum hujus versiculi comma in-
terpretatus: & *extendisti manum tuam in facultates ejus*
die excidii ejus.

14) פרק quid significet, haud ita bene inter Veteres conve-
nit. Cum enim LXX & VULG. *exitum* habent, SYR. *adi-
tum*, ARAB. *saltum* & CHALD. *compitum* expriment. CHAL-
DÆI autem interpretationem, quam omnes fere recentio-
res probarunt, elegimus, quia linguæ Arab. usu confir-
matur. Est enim فَرَّقَ *separavit, bifida se alicui obtulit*
via, unde مَفْرَقٌ *locus, ubi divortium facit via.*

סגר pr. *clausit*, in formis Pihel. & Hiphil. *tradendi vi*
frequentari, abunde multa in omnibus lexicis obvia pro-
bant exempla. Si autem ad hoc alterum hujus versiculi
hemistichium etiam vocem פָּרַק referas, eique significatio-
nem, sive *compiti*, sive, ut alii ab Hebr. פָּרַק *vulfit, fre-
git, rupit* volunt, *rupturæ*, v. c. *muri*, per quam evadere
& affugere conati fuerant incolæ Hierosolymorum, attri-
buas, non omnino inepta est *claudendi* vis, quam LXX,
ARAB. & VULG. סגר סגר h. l. adjecerunt. Sed præta:

v. 15. *Ty Herrans hämnedag öfver alla hedningar nalkas; såsom du gjort hafver, skall dig ske; din gerning skall drabba ditt hufvud.* 15)

v. 16.

tamen, præcuntibus SYRO & CHALDÆO, tradendi adhæc re significationi; quoniam hic aptissima est, nec quæquam, illa admisa, e prioribus dictis huc trahere opus habemus. Nam סרר absolute constructum atque personam, cui res tradatur, omisitam videre, haud infrequens est. Cfr. *Deuteron. XXXII: 30, Amos. VI: 8*. Quam autem in lingua vernacula vix ullum habeamus verbum, quod satis apte hoc loco טר סרר respondeat — nam in Suetico *öfverlenna* ambiguitas quædam inest — quo veram verbi ac totius dictionis vim animis legentium subjicere valeremus, voces *ât fienden* addere coacti fuimus.

15 יום יהוה יום *dies Jehovæ* sæper est horrendus ille dies, quo pœnam judicio commisso reis irrogat Jehova. Cfr. *Jes. II: 12, Ezech. XIII: 5, Joel. I: 15*.

גוי idem sæpius in codice Hebræo, ac Latinorum *barbarus* valet, omnes scil. comprehendens peregrinos, qui e profapia Abrahami non oriundi, nec moribus ac religioni illorum addicti erant. Sed hoc loco paullo latius sumitur; nam Idumæos etiam, ad proavi Abrahami stemma pertinentes, complectitur; quippe quoniam illi quoque ob scelera sua una cum aliis gentibus puniendi erant. Aptum autem ad hujus vocis vim exprimendam in lingua Suecana vix habemus vocabulum, quale quodammodo est Germanorum *Nichtjude*; ideoque veteris Versionis Suecane *Hedninge*, voci dicta significatione affixa, retinimus. גוים autem in plurali numero posuit Vates,

v. 15. Ty säfom I på mitt helga berg druckit hafven, skola alla
 ledningar beständigt dricka: de skola dricka och nedsvälja,
 och varda säfom de aldrig varit. 16)

v. 17.

quo viam ad tempora, ut mos est illa vocare, Messiæ
 adumbranda sibi nuntiaret, quibus non solum Idumæi, ve-
 rum etiam omnes aliæ Judæis inimicæ infensæque gentes
 extrema malorum paterentur, והיה ליהודה המלכה,

גמל, vi radice, גמל, sæpissime nudam *actionem*, seu
 id, quod quis, sive bonum, sive malum sit, fecerit, sim-
 pliciter significat (cfr. exempla a GESENIO in *Lex. colle-*
cta); atque cum illa vis huic loco apta sit, & verbis כאשר
 לך אשר יעשה לך fere provocetur, non omnino necessarium
 est, ut cum ROSENMÜLLERO *mercedis*, aut *retributionis*
 notionem originariæ præferamus. Male autem facta heic
 intelligi contextus clare docet.

16) שמה, brevius hoc loco dictum, plenius occurrit *Jes.*
LI: 17, 22, ubi חמה & תרעלה, *poculum excandescen-*
tia & vertiginis additur. Ipsa autem dictio, *iræ* l. *in-*
fortunii poculum l. *calicem exhaurire*, aut *ebibere*, qua in
 Hebr. codice nihil fere frequentius est, tam multis lon-
 gisque virorum doctorum interpretationibus, imprimis ad
 proxime citatos *Jesaiæ* versiculos & ad *Jerem. XXV: 15,*
16, 17, 28, quæ loca hujus dictionis classica, ut dicunt,
 præbent exempla, in omnibus commentariis explanata
 ac dilucidata reperitur, ut longa expositione vix ac ne
 vix quidem egeat; quin immo omnes, qui Sueca utuntur
 lingua, enunciationem *dricka*, *uttöma olycksbägaren* l.
kalken, quæ certe e sermone biblico in multas hodiernas
 irrepsit linguas, statim atque audiunt, illam nihil aliud

quam calamitatibus obrui significare intelligunt. Sed licet ipsa verba, קדשי --- כי, planissima sint, tamen, persona in שרתחם non expressa, in obscuro latet, quinam illi sint, Judæi an Idumæi, quos hic alloquitur Vates. Ad verbum tantum Hebraica transtulerunt veterum maxima pars, excepto CHALDÆO, qui solita, qua utitur, verbositate sensum hujus versiculi hoc modo constituit: *quoniam quemadmodum latitiam cepistis de subversione montis sanctitatis mæ, bibent omnes populi calicem ultionis suæ jugiter.* Verum hanc explicandi rationem, auctoritate HIERONYM. CYRILL. & TEODOR. confirmatam, doctus Judæorum Magister ABENESRA jnmjam rejecit & שרתחם ad Judæos relato, aliam his instituit verbis: *quemadmodum vos, Hebræi, bibistis, sic bibent & omnes aliæ gentes.* Quam sententiam cum postea propagaverat HUETIUS, ex viri hujus *Demonstrat. evangel.* illam in lucem protraxit SCHNURRERUS ac doctissimis argumentis ita exornavit, ut de veritate illius nullus fere relictus sit dubitandi locus. Cfr. MARCK. & ROSENMÜLL. *ll. cit.* Oratione enim ab hoc potissimum versu ad populares conversa, illos consolari incipit Propheta; quod ita agit, ut primum, quibus verbis acerbos illorum tangit dolores, iisdem interitum hostibus eorundem minetur, quo artificiosa hac sermonis structura instantis excidii Idumæi vim atque magnitudinem populi sui exturbati ac profugi animis fortius incutiat, oculis spectandam vividius proponat, atque sic solamem illi ex ipsius calamitatis, verbis iisdem expressæ, similitudine reportet. Deinde ad majora sensim exurgit oratio: mons Zion elapsis inexpugnabile erit refugium & Jacobitæ antiquam recuperabunt terram; at angustos intra illius limites, quis populum a Jehova denuo adamatum continere valet? Igitur, quemadmodum flammante igne arida consumitur stipula, eodem etiam modo antiqui & hæreditarii hostes, Idumæi, mox in cineres versi,

penibunt, Ephraimitæ quoque & omnes in Babylonia re-
 lidui redibunt captivi, totosque Israël, circumjacentibus
 nationibus sub potestatem illius redeētis, fines suos ex-
 tendet, donec usque, qui dux illius ab initio fuit, impe-
 rium tenebit Jehova. — Quo autem hic accuratius serve-
 tur orationis nexus, vocata כִּי vi tum asseverandi, tum
 insimul adverstandi capienda est, eodem utique modo, quo
 Latini suo *verum enim vero* uti solent; & וְ, quod versus
 16:mum & 17:mum conjungit, haudquaquam *at*, ut in
 versione *Polyglott. Londinens. latina SYRI & CHALDÆI*
 וְ explicatur, sed vulgatissima, copulandi scil. potestate,
 intelligendum. Denique silentio prætereundum non est,
 inter illa argumenta, quibus SCHNURRERUS a se approba-
 tam & a nobis quoque receptam hujus versiculi explica-
 tionem confirmavit, firmissimum illud nobis videri, quod
 idem verbum שָׁחָה, si CHALDÆI admittitur interpretatio,
 eodem loco positum duplici ac plane contrario sensu ac-
 cipi debet; licet vix disimulare nolumus, quod neque a
 SCHNURRERO, nec ROSENMÜLLERO hoc loco annotatum
 est, verbum שָׁחָה bono quoque posse sumi sensu, quum
 כִּרַס, heic, ut jamjam diximus, subintelligendum, eun-
 dem nonnunquam obtineat, v. c. *Pf. XXIII: 5, CXVI: 13.*

חַמּוּר *jugiter*, consulto heic positum est, atque in Ju-
 dæorum calamitate cum Idumæorum strage comparanda
 magnam vim habet. Cum enim Propheta dixerit, Judæos
 quidem poculum infortunii bibisse, Idumæos autem eun-
 dem calicem, semper plenum, continuis haustibus fore
 evacuatuos, haud obscure significatum voluit, illos ad
 tempus tantummodo calamitatibus esse affligendos, hos
 vero tam gravi malorum mole fore obruendos, ut nun-
 quam ex illis emergere & ad pristinam felicitatem exsur-
 gere valeant. Quare etiam illi Interpretes, qui Codicum